-42

SANCTI
UGUSTIN

PERA OMN

23

BR65
A5
v.23
1835-42

007986

EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis

1080014526

PATRES QUINTI ECCLESIÆ SÆCULI.

—

SANCTUS

AUGUSTINUS.

TOMUS XXIII.

S.-CLODOALDI, E TYPOGRAPHEO BELIN-MANDAR.

SANCTI

AUGUSTINI,

HIPPONENSIS EPISCOPI,

OPERA OMNIA,

MULTIS SERMONIBUS INEDITIS AUCTA ET LOCUPLETATA.

EDITIO NOVA,

ACCURANTIBUS

D. A. B. CAILLAU,

CANONICO HONORARIO CENOMANENSI ET CADURCENSI,

NONNULLISQUE CLERI GALLICANI PRESBYTERIS.

TOMUS VICESIMUS TERTIUS.

DU TRESSAY
PRÊTRE

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Biblioteca Valverde y Tellez

PARISIIS,

APUD PAUL MELLIER, BIBLIOPOLAM,

PLACE SAINT-ANDRÉ DES ARTS, 11.

1842.

BR 65
A 5
V. 23
1835-42

SANCTI AURELII

AUGUSTINI

HIPPONENSIS EPISCOPI

OPERUM

PARS IV.

OPERA ORATORIA.

CLASSIS VI.

SERMONES INEDITI.

CAPILLA ALFONSINA
FONDO EMETERIO VALVERDE Y TELLEZ
UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON

Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria
44676
007986

V.
250
C.
CAPILLA ALFONSINA
FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ
44678
Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

ILLUSTRISSIMO

ET

REVERENDISSIMO

IN CHRISTO PATRI

DD. ALOYSIO BOVIO,

MELFITENSI ET RAPOLLENSI EPISCOPO,

OLIM

IN MONASTERIO CASSINENSI SEMINARII RECTORI,

LECTORI IBIDEM SACRÆ THEOLOGIÆ,

MONTIS-CASSINENSIS ITERUM ABBATI,

ABBATI MONASTERII CAVENSIS,

CONGREGATIONIS CASSINENSIS PRÆSIDI, ETC.

Sæpius *attentiusque nobis perpendentibus, cui potissimum nostras de sancto Augustino lucubrationes dedicare deberemus, semper ante oculos obversabatur tanta illa tanti Doctoris imago, quæ similem sui virum non solum ordinis sublimitate, sed dotibus ingenii et virtutum splendore expostulare videbatur. Quem sollicitius exquirere studebamus, quem vix tandem aliquando putabamus re-*

periendum, tam faciliter quam feliciter, te invento, invenimus, reverendissime Præsul, cujus benevolentia sic nostris arridere dignata est laboribus, ut primum illud tentamentum benigno favore prosequi voluerit.

Tu enim sancti Benedicti non indigni nominis alumnus, illius, inquam, Benedicti, qui scienter nesciens et sapienter indoctus [1], *tot doctorum et sapientum, imo ipsius sapientiæ et doctrinæ quasi pater pluribus abhinc sæculis evasit. Tu* scriba doctus in regno cœlorum proferens de thesauro tuo nova et vetera [2], omni sapientia eruditus [3], *multo tempore* datus ad diligentiam legis et Prophetarum [4], *in studiosam juventutem acceptum a Deo lumen refundere voluisti. Tu Augustinianæ virtutis et scientiæ sedulus æmulator, non honorum ambitu, sed meritorum gradibus summum sacerdotii apicem ascendisti. Tu, Doctoris nostri lector assiduus, novis illis beati Augustini supplementis exercitatam manum admovisti, sicut testantur decem Romæ jam in publicum dati sermones, quorum emissio veterum monumentorum curiosas mentes recreavit. Tu cum venerabilibus tuis collegis infirmitatis nostræ antecessor. Tu in ardua, quam ingredimur, via, tutus nobilisque antesignanus; tuis tuorumque vestigiis semper et ubique insistere, hoc nostrum desiderium, hæc gloria nostra, hoc nostrum attentum perpetuumque studium.*

[1] S. Gregor. Magnus in vita S. Benedicti. — [2] Matth. XIII, 52. — [3] Act. VII, 22. — [4] Prolog. Eccli.

Forte inter tanta tua præsentis ministerii opera, inter illas episcopales vigilias, inter continuas non infimæ sedis sollicitudines, inter delusa aut contempta difficilium temporum pericula, non minima laus erit te, pauperum quorumdam sacerdotum, non minus scientiarum studio quam animarum saluti addictum, levia suscepisse munera, quæ ut grata habere volueris suppliciter deprecantur,

TUÆ AMPLITUDINIS

humillimi et devotissimi

servi

A. B. CAILLAU, canonicus honorarius cenomanensis et cadurcensis,

B. SAINT-YVES, Sancti-Ludovici in Roma canonicus.

PRÆFATIO.

SYNOPSIS.

I. *Monasteriorum encomium et utilitas.* II. *Bibliothecæ italianæ in pluribus intactæ.* III. *Montis-Cassini monasterium et archivium.* IV. *Monachorum S. Benedicti modestia et studium.* V. *Bibliotheca Laurentiana-Medicea, Florentiæ.* VI. *Bibliotheca principis Ghigi, et sessoriana, sive Sanctæ-Crucis in Jerosolymis, Romæ.* VII. *Extractorum ex his bibliothecis series.* VIII. *Edendorum catalogus.* IX. *Authenticitatis notæ.* X. *Prima nota : nominis inscriptio.* XI. *Secunda nota : discordantium absentia.* XII. *Tertia nota : concordantium præsentia.* XIII. *Editionis ordo.* XIV. *Codicum vetustas.* XV. *Codicum fides.* XVI. *Codicum correctio.* XVII. *Epilogus.*

I. Si quis illas tam multiplices, tam accuratas, tam doctas monachorum lucubrationes perpendere, et præsertim ingentes eorumdem labores raris istis et levibus recentium philosophorum opusculis conferre voluerit, non poterit animus temperare, quin altum justumque dolorem concipiat, cum veterum illorum venerabiliumque claustrorum nonnisi sparsas hinc et illinc ruinas, imo et sæpius ne ruinas quidem illarum pietatis et doctrinæ quasi academiarum, in toto christianissimo regno oculi quærentium perspexerint. Quod autem ingrata simul et demens procul ejecit Gallia, multæ adhuc sapientiores